

QUAESTIO I.

An unus numero, vel plures
sint baptismi.Eph. 4.
14.

9. In hac quaestione explicanda, miram κυβεί-
ων καὶ πανουργίαν πρὸς τὴν μεθοδείαν τῆς
πλάνης ut Apostolus loquitur, prodit gens Sacra-
mentaria.

Colloq.
Mont.
pag. 453.
& 470.

12. Beza in colloquio Montispelgardensi ge-
minum baptismum comminisci non addubitat:
Unum externum: Internum alterum: & utrum-
que non nominibus duntaxat: sed opere & sub-
jecto distinctum: adeo ut baptismus interior sub-
sequatur multis demum post annis Externum:
saepius in agone demum: interdum nunquam.

13. Tossanus, & alius quidam vespertilio ano-
nymus, Bezae patrocinium gnaviter suscipientes,
pro unitate Baptismi sic pugnant, ut geminum
illum Bezae baptismum, unum nihilominus ma-
nere garriant, haud secus ac gemina manducatio
in S. Cæna, non geminum constituit sacramen-
tum Eucharisticum.

14. Phrygibus fortassis sese loqui homines isti
autumant, vel certè fungos ac stipites esse quosvis
alios opinantur, ut dictis suis, tanquam ex tripode
productis, absolutam fidem deberi statuunt.

Sunt